

**www.e-rara.ch**

**Divi Gregorii Nazanzeni Episcopi, theologi, Graeca quaedam & sancta  
Carmina**

**Gregorius**

**Basileae, [1567]**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1858>

Adversus calumniosam Friderici Staphyli aspersionem, Ioannis Langi spongia

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

tura Patri unitum, corporaliter substantialiterq; accipientes (per incarnationem eius) clarificamur, glorificamurq;, supernæ facti naturæ participes.

Qui Filius Dei erat, homo factus est: naturam suscipiendo nostram, non mutando suam. Per quod & suam recipientibus ea potestas daretur, ut qui eramus homines, filij Dei fieremus, participatione incommutabilis boni in melius commutati: nō ad temporalem felicitatem, sed ad uitę æternæ, quæ sola beata est, adoptionem. Augustinus.

ADVERSUS CALVMNIOSAM  
FRIDERICI STAPHYLI  
asperionem,

IOANNIS LANGI

SPONGIA.

Linguis suis dolose agebant. Iudica illos  
Deus. Plal. 5. 13. 139.



*Valis, suam nisi parentem occiderit,  
Aa lucis auras peruenire non potest,  
Nocens ueneno parricida uipera:  
Sic noster ullo Staphylus esse nomine  
Numeroq; nō potest, magistrū ni suū  
Confodiat sententijs promptissimis,  
Et cum magistro conscios simul suos  
Commilitones, chara quondam pectora,  
Aliosq; præterea uiros quam plurimos:  
Seu iure, siue iniuria, curans parum.*

*Quos inter & Sueguelidium de pluribus*

*Causis*

*Causis notavit uirgula censoria.*

*Ipsum haresis damnans Aristarchus ferox.*

*Respondit illi nescio quis edito  
Vernaculo sermone scripto publicè.*

*Suengfeldio patrociniatus acriter:*

*Non addito, quisquis fuit, nomine suo.*

*Aduersus istum dum stylum stringit, librum*

*Suengfeldiani, quem ferit, Staphylus bonus*

*Signare, Longini, nota statuit uirum:*

*Susceptione quapiam ductus sua,*

*Aut inuidi suggestione Zoili,*

*Aut suasionem demonis falsa mali.*

*Vbi publicatus prodijt typis liber*

*Staphyli, caput statim peti putant meum*

*Homines amici, natus est quibus sagax*

*Ad eruendum si quid occultè latet*

*Verbis recondite sub abstrusis rei,*

*Horum relatione factus certior,*

*Calumnie de criminationibus,*

*Per idoneos hominem duos posco uiros,*

*Vt si quid in me scripserit, dicat: simul,*

*Si scripserit, mittat librum. quod aequitas*

*Expostulet, quid id sit, ut sciam: & sciens*

*Considerem, quid debeam rescribere.*

*Respondet ille, se nihil quod ledere*

*Langum queat, scripsisse. Longinum sibi*

*Esse in Sueuis nominatum, qui librum,*

*Suengueldium tuendo, contra se grauem*

*Composuerit: libro lacepsitus cui*

Contrario responderit. Langum bene  
 De se esse promeritum; nihil de quo mali,  
 Nihil sinistri suspicari queat;  
 Nisi fortè Longini illius nomen sibi,  
 Ipsumq; librum adeò arrogatum peruelit.  
 Responsione cognita istiusmodi. —

— Quamuis mihi non admodum faceret satis,  
 Cum lectus esset (non enim legere est nefas  
 1. Theſſ. Omnia probanti, sed tenenti quod bonum est)  
 Non editus Defensionis hic mihi,  
 Contentionis omnis inscio, liber:  
 Staphylus nec immemor foret, quid fecerim  
 Ipsius ergò (sit procul iactantia, &  
 Humanitatis prestita exprobratio)  
 Fatetur ut confessione propria,  
 Apud Borussia precator principem,  
 Archistrategi iussione Pannonis,  
 Qui CAESARI nostro secundo natus est  
 Loco, uir armis & toga clarissimus,  
 Regi Polono cum sororem adduceret,  
 Heroidem dignissimam sponso optimo,  
 Et coniugali copularet fœdere,  
 Ad inelytam Polonia Cracouiam,  
 Exinde uerò non idem quòd egerim,  
 Hominisq; uotis fortè non responderim,  
 Benignitatem ut experiretur meam,  
 Non mi uoluntas, sed facultas defuit:  
 Nunquam tamen cupere supersedi uiro,  
 Et coniugi nunquam eius atq; liberis

*Privigna Langi denegavit sedula  
 Studium atq; opem Nisse, ille ubi largissimo  
 In ocio uixit, fideli pectore,  
 Staphylus seu adesset, seu peregrè degeret.*

*Gratum ergo, amicū, & esse credens candidū,  
 Verbisq; præbens blandioribus fidem.*

*Ego Deo mandare rem totam meo:  
 Silentium tenere, natura ut mea  
 Et institutum fert, meis nauans libris,  
 Et ocio, Deus quod & CAESAR meus  
 Dat, perfruens suauitate maxima.*

*Sed ecce certis denuò sermonibus  
 Ad me refertur, spiritus in naribus  
 Habere magnos, & superbè hominem, leuem  
 Per gloriam, præferre: Langum, quòd sibi  
 Sit conscius, quèis sit notatus criminum,  
 (Ut interim ponamus esse crimina  
 Et hareses, Staphylo ut uidetur, maximas,  
 Quæcunq; scribens obijcit Suengueldio,  
 Censenda rectè iudicantibus p̄ys;  
 Non duplicantibus manu & lingua uiris,  
 Mercede conductis graui Logodædalis.)  
 Ideò tacendo uelle rem dispungere.*

*Accessit illud: Volfius quòd Droscius,  
 Mendaciorum mulciber Cretensium,  
 Amicus & Staphyli cliens fidiſſimus,  
 Coram bonis testatus est palam uiris,  
 In me notam Suengueldici cognominis,  
 Vnâq; Longini referrî nominis,*

*Vanam & Suilli, itemq; Opilli asperginem.*

*Id Droscius dehinc probauit amplius,  
In nescio quo criminoso carmine,  
Mentis procacitate mendacissima,  
Orisq; morbo lubrici fœdissimo,  
Chartaq; uanitate mendosissima,  
Miserandus & miser poeta Droscius:*

*Ergo excitatus à sereni pectoris,  
Et libera quiete conscientie,  
Interpolari quam sibi mens perdolet,  
Cogor uel ingratis (Deum testor) uiris  
Calami procacis admodum rescribere,  
Versu, uelut res ipsa flagitat, breui:  
Sermoq; nudus ueritatis simplicis.*

*Ex his enim qua diximus, patet satis,  
Staphylum esse prorsus mentis effrenæ uirum.  
Quid os bilingue & inuerecundum loquat,  
Calidum simul spirans, simulq; frigidum,  
Vitiumq; prauum pectoris grati parum?  
Paucis sed id quod criminatur, accipe.*

*Suengueldiani nomen imponit mihi,  
Suam sibi Staphylus sequutus indolem,  
Modo huic, modo illi factioni deditam,  
Alios suo de more iudicans uiros.*

Christianus  
catholicus &  
orthodoxus.

*Ego Christianus esse, Christi gratia  
Iuuante, dictis atq; factis, in fide  
Flagrante charitatis igne uiuida,  
Et in futura spe beatitudinis*

Rebus probata perferendis asperis,  
 Et orthodoxus Christianus (maximum  
 Quod est) in orbe qualis est omni pius  
 Pie parentis uniuersæ Ecclesiæ,  
 Patrisq; alumnus quilibet termaximi,  
 Communis huius illiusq; filius.  
 (Matrem nisi illam habens, nec hūc habeas patrē)  
 Christifidelis istiusmodi unice,  
 Infirma quantum nostra permittit caro,  
 Et ipse parte pro uirili euadere,  
 Cælestis afflatu secundo Spiritus,  
 Contendo uelis atq; remis omnibus.

Nam ueritatis regia incedens uia  
 Sanctæ, nec ad dexteram, nec ad leuam manum,  
 Vel huc uel illuc deuiuo uagans pede:  
 Triuiale nec seruans iter, tutissimè  
 Dan altera fugiens, & altera Bethel,  
 Hierusalem medio peto sic tramite,  
 Venturus ad terræ beatæ patriam,  
 Ingi fluentem lactis usq; copia,  
 Hymetyq; mellis amne perpeti,  
 Viuentium terram, atq; terram mitium,  
 Auro & lapillis conditam lectissimis,  
 Sanctissimam cæli noui Hierusalem,  
 (Ennas & ipsas, quæ feruntur, aureas)  
 Non illius Naua uetusti filio,  
 Sed ueriore iam Dei, I E S V duce,

Num. 27.  
 Deut. 28.

Matth. 7.  
 2. Reg. 12.

Medio intis-  
 simus ibis.

Exod. 3. 13.  
 Leuit. 20. 2.  
 Deut. 6.  
 Psal. 141.  
 Matth. 5.  
 Gal. 4.  
 Apoc. 21.  
 Deut. 31.

Nos neque ad dextram neque ad sinistram decli-  
 nantes, ingrediamur mediam uiam, quæ est Iesus  
 Christus,

Christus. Origenes Psalm. 36.

Cœlestis ciuitatis ciues sumus, in quantum Christiani sumus. Rex ipsius ciuitatis se fecit uiam, ut ad ciuitatem perueniremus. Ambulemus ergo in Christo. Augustin.

*Suengfeldij nomen quid ad me pertinet,  
Nomen uel ipsum quid simul Staphyle tuum,  
Ac ceterorum plurium mortalium?*

*Qui multa nostro condidère seculo  
De literis tecum sacris uolumina,  
Christi ipsius sacro super fundamine,  
Ut Marte pro se quisq; contendit suo,  
Vestrisq; persuadetis optionibus,*

1. Cor. 3. *Superstruentes omne materie genus,  
Pleriq; lignum & stramen, at paucissimi  
Argentum & aurum: flamma quod probat sua.*

*In hac enim scribentium prurigine  
Chironia quam plurimorum (nam quotus  
Sanctum Dei uel ritè uerbum dissecat?*

2. Tim. 2. *Vel ueritatem Euangelij recto pede*

Gal. 2.

1. Cor. 4. 2. *Adit? dolo non nemo quod malo inficit,  
Non nemo tanquam caupo auarus uenditat.)*

*Citius ut inuenias in illis omnibus,  
Vatiniatis iurgijs certantibus,  
Nec inuicem inter se modò communiter,  
Sibimetipsis sed quog; aduersantibus,  
Sancto & locum negantibus Spiritui,*

Gal. 5. *Moderata habenti hominum & quieta corpora,  
Quem debeas uitare, quàm sequi ducem.*

Non quippiam illius uel huius interest  
 Nomen mea: minus profecto plurimis  
 Modis, uetustorum patrum quam nomina,  
 Adeoq; Pauli uel Petri uocabula,  
 Apostolorum qui fuere culmina,  
 Nec de suo uoluere dici quempiam,  
 Christi sed omnes unico de nomine:  
 In hoc quod uno stet salus mortalium  
 Vnà omnium, quicumq; seclis omnibus  
 Vnquam fuere, quiue nunc sunt, postea  
 Vel sunt futuri, cælo sub uolubili.

1. Cor. 1.  
 Gal. 2.

Nam Christianorum relinquens ordinem;  
 Nomenq; de quibus illud est oraculum  
 Sacrum editum, Christos meos ne tangite:  
 In Antichristorum ordinem & nomen simul  
 Defectione perfida transfugerim:  
 A me quod auertat malum CHRISTVS Deus.

Christiani.

Psal. 104.  
 Antichristi.

In Antichristorum ordine & nomine se esse confiteatur, qui ab ordine & nomine Christianorum (de quibus dictum est, Nolite tangere Christos meos) transfugit. Meletius Antiochenus apud Epiphaniū, contra Semiarianos.

Christiani desierunt esse ij, qui Christi nomine amisso, humana & externa uocabula induerunt. Lactantius.

Te nouimus, de symboli, quod dicitur  
 Apostolorum, parte sexta perperam,  
 Non disputans (quod iam potes pretendere)  
 Sed Christianis iura prescribens noua,

Cciv

*Ceu tertius de machina ortus legifer,  
 Hallucinatione quàm grauisima,  
 Quòd scripseris Staphyle superbo cum typho,  
 Ipsum creaturam esse Filium Dei  
 Christum, sedentem ad dexteram Patris sui  
 In gloria: Qua maior esse non potest  
 Aetate nostra, & omnibus quoq; seculis,  
 In Christianis, nec nocentior heresis,  
 Qua lesa maiestas Dei diminuitur:  
 Hanc heresim contra, Dei iuuamine,  
 Vt hoc mihi scriptus libellus indicat,  
 Alterq; iam magis magisq; comprobat.*

*Deinde Longini pari uersutia  
 Mihi nomen affingis malignè & liuidè:  
 Quo me uocari ab eis uiris, nomen meum  
 Qui nesciunt, patiar libenter. (neminem  
 Nomen facit bonum, malumue) moribus  
 Sed usitatum hoc obtinet presentibus,  
 Licentiose ut quisq; ficto nomine  
 Quomodo uelit, per uanitatem cyclice  
 Scurrilitatis proximo illudat suo:  
 Quod & ipse nunc Staphylus facit leuissimè.*

*De descriptione sed libri Suengueldici,  
 Staphylus mihi quam adscribit audacissimè,  
 Et criminationis omnis dramate,  
 Hec sit breuis, uerax tamen, responsio.  
 Res tota prorsus uana, ficta, subdola,  
 Res falsa, res inuenta sanguinario  
 Autore, patre cadis & mendacij.*

Hanc uindicabit (rite pœnitentia

Nisi expietur) ueritatis maximus

Deus parens, & ipsa ueritas Deus,

Vindicta cui defertur omnis, & ultio.

Sin ueriora fortè non sunt cetera,

Quacung, scribit, quàm ista, quæ falsissimè

In me dolosa conijcit lingua sua:

Et quæ creaturam asserens gnati Dei

Carnem esse, gloria paterna splendidam.

Philosophia stulta enthymemate astruit:

Ne credulus nimis fidem per omnia

Habeat uiro, quiuis cauebit postea.

Alij uocent uel proditorem ficuum,

Vel transfugam, uirtus meretur ut sua:

Dicant duobus seſſitare ephippys

Hominem solere duplicato pectore.

Nihil moror quid quisq, de illo sentiat:

Tectum & cauendum singulis mortalibus

Staphylum ego uerè dixerim. Sed Droſcium,

Testem illius, quiuis uocarit Pseudolum.

Hanc rind...  
 Nisi...  
 Dom...  
 Sim...  
 Quocumque...  
 In...  
 Et...  
 Philosoph...  
 Ne...  
 Medici...  
 Ali...  
 Vel...  
 Dicam...  
 Homines...  
 Tibi...  
 Tectus...  
 Staphylus...  
 T...